

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scriptores de orthographia

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1880

Cornelii Frontonis qui dicitur De differentiis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2014](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2014)

CORNELII FRONTONIS

QVI DICTVR

DE DIFFERENTIIS LIBER

FRAGMENTVM PARISINVM DE NOTIS

FRAGMENTA BOBIENSIA

LIBRARY OF THE

UNIVERSITY OF

CHICAGO

1891

1891

De differentiis vocabulorum multa a grammaticis scripta sunt, ex quibus ea quae Putschius p. 2191 sqq. edidit recepi, nequid quod ab illo editum esset in nova grammaticorum editione iure desideraretur. nam Aleuini grammaticam, quam omisi, non puto a quoquam inter veteres grammaticos desiderari. alterum autem de differentiis librum, qui est apud Putschium p. 2203 sqq., Hagenus anecd. Helvet. p. 275 sqq. ex Bernensibus codicibus auctum edidit. idem de aliis eiusdem generis libris infima aetate scriptis et de codicibus in quibus ii inventi sunt disputavit praef. p. CXVII sqq. sed illa quae dixi in vetere codice Bobiensi nunc Neapolitano IV A 8 post Charisii artis grammaticae librum quintum scripta sunt, ubi ordine membranarum perturbato et interpositis fragmentis Charisii et Servii de metris, sicut in descriptione eius codicis gramm. lat. v. I p. XI sqq. dixi, in tribus paginis f. 37* et f. 39 leguntur. in ipso tamen differentiarum libello ista membranarum perturbatione nihil periisse ex iis quae illo loco dicta sunt apparet. nam et praescriptio posita est in extrema pagina f. 37 r., *incip̄ n̄c pl' Secūn diffē uerbō et nominū*, h. e. *incipiunt hunc plura secundum differentiam verborum et nominum*, cui deinde subiciuntur differentiae f. 37* *Inter ultionem* sqq., et finis scriptura codicis videtur significatus esse f. 39* *hostia minor ~ ~ ~*.

Ex eodem codice vel ex apographo ex eo facto Ianus Parrhasius hunc librum una cum institutis artium et catholicis Probi primus edidit Vicetiae a. 1509 eique Frontonis nomen praescripsit, *Cornelii Frontonis de nominum verborumque differentiis*: cf. gramm. lat. v. IV p. IX. quamvis enim scriptura codicis in edito exemplari plane accurate expressa non sit, tamen ex hoc uno codice editionem ductam esse certum est. manifesta eius rei indicia praeter corruptelas et lacunas codicis in editione repetitas ii maxime loci praebent, in quibus detrita vel deleta defectu membranarum scriptura non recte ab editore suppleta vel verba grammatici non intellecta ratione, qua in scribendo librarius uti consueverat, transposita sunt. quare dubitari nequit quin ea omnia quae in principe editione aliter atque in manu scripto libro exhibita sunt coniecturae vel neglegentiae editoris tribuenda sint. Parrhasii editio paucis mutationibus factis in editione Ascensiana Diomedis aliorumque grammaticorum a. 1516 repetita est. ex hac expressa est Basileensis a. 1527: cf. gramm. lat. v. VI p. IX.

Basileensem et Putschius et Georgius Fabricius 'Grammaticorum veterum libelli de proprietate et differentiis sermonis Latini' Lipsiae a. 1569 secuti sunt, e quibus Putschius quidem pauca, Fabricius vero multa sua coniectura mutavit. Fabricii editionem deinde Gothofredus in auctoribus latinae linguae repetivit. postea inventis epistulis et orationibus Frontonis factum est ut hic quoque liber, quoniam inde a principe editione nomine Frontonis inscriptus ferebatur, denuo ederetur. nam primum Maius eum editioni Frontonis Mediolanensi adiecit; sed is praeter paucos locos, in quibus antiquiores editiones adhibuit, Putschii editionem expressit. deinde idem liber receptus est in editionem Berolinensem a Niebuhrio et eius amicis factam, in qua Buttmannus, qui huic parti operis praefuit, et lectiones priorum editionum et suas adnotationes, paucas etiam Heindorfii adposuit. horum copiis denique Maius in Romana Frontonis editione usus est.

Haec, quae mihi collatis inter se exemplaribus olim impressis facile apparuerunt, enarravi, ut uno Neapolitano codice hunc libellum memoriae proditum esse intellexeretur. ex quo simul illud apparet, nomen Frontonis in principe editione additum nullam auctoritatem habere, sed vel a Parrhasio vel ab eo qui apographum, quo ille utebatur, fecerat inventum esse. eidem auctori ab Italis Arusiani Messii exempla elocutionum tributa esse supra p. 444 dixi. de grammatica autem Frontonis doctrina ii qui hoc instituerunt Gellium, a quo saepe illius mentionem factam esse reperiebant, auctorem videntur secuti esse. non maiorem fidem habet Plinii nomen, quod Lindemannus in fine editionis Charisii p. 176 posuit, cum praescriptionem libri hoc modo scriptam exhiberet, *Incipit nunc Pl. Secundi differentia verborum et nominum*. ceterum qua aetate libellus scriptus esset, quem paulo antiquiorem esse puto, quam plurimos qui nunc supersunt commentarios de differentiis, certius definiri posset, siquid de Antonino grammatico p. 525,22 appellato compertum haberemus.

In nova editione lectionem ad fidem codicis Neapolitani, quem olim cum Putschii editione contuleram, revocavi. in adnotatione subiecta et codicis et principis editionis discrepantiam integram exhibui; ex reliquis editionibus ea quae memorabilia esse videbantur addidi. praeterea cum Beda in orthographiam suam quaedam ex hoc libro recepisset, in altera adnotationis parte locos illius qui huc pertinent omnes indicavi. in eodem loco pauca ex codice Montepessulano 306 nono saeculo scripto excerpta, quae ipsa quoque ex hoc libro petita sunt, posui. in eo codice enim praeter alios de differentiis vocabulorum commentarios f. 36—58 legitur amplissimus de hoc genere liber ordine litterarum dispositus, quem Duebneri opera descriptum habebam, *incip. differentiae similium orationis partium a Cicerone et ab aliis sapientibus viris in sensu et litteratura*

per alphabetum . Inter absconditum et absconsum — Inter vulneratum et sauciatum . vulneratus est qui in altum demissam habet, sauciat in in summam partem corporis habet ictus plaga (l. ictus plagam). . nam et fatigatus potest dici saucius. finit amen. ex hoc igitur ea quae ex Frontonis qui olim dicebatur libro recepta et rectius in eo quam in Bobiensi codice scripta sunt exscripsi . praeter haec autem pauca iisdem verbis in Montepessulano codice repetita sunt. nam plurima quae in eo de iisdem differentiis scripta leguntur ex aliis fontibus petita sunt.

DE DIFFERENTIIS

p. 2191 P.

Inter ultionem et vindictam. ultio vindicat factum, vindictio futura prohibet. ideo Mars ultor, non vindex dicitur.

Praedam et rapinam. praeda victos spoliatur, rapina subito venit. itaque
5 illa victoria gaudet, haec petulantia.

Cur et quare. cur simpliciter percontatur, quare causam rationemque desiderat.

Delictum et peccatum. qui deliquit, non fecit quod facere debuit; qui peccavit, hoc fecit, sed parum recte.

10 Remedium et medicamentum. remedium, ne periclitemur, datur; medicamentum ad subita pericula aptatur; atque ita remedium submovet imminetia, medicamentum sanat inlata.

Flumen et fluvium. flumen idem fluit et manet, fluvius temporibus siccatur.

15 Corinthium et Corinthiacum. Corinthium civem dicimus, Corinthiacum vas.

Roseum et rosaceum. roseum per se, rosaceum mixtum.

Fusum et nigrum. fusco album opponitur, nigro candidum.

Pugnare et oppugnare et inugnare. qui pugnatur, resistit; qui oppugnat,

10 Remedium Beda 288,1 15 Corinthium Beda 267,9 17 Roseum
Beda 288,3

N codex Bobiensis nunc Neapolitanus IV A 8

5 editio princeps Iani Parrhasii Vicetiae a. 1509

1 CORNELII FRONTONIS DE NOMINVM VERBORVMQVE DIFFERENTIIS 5, sine inscriptione N 4 Praedam et rapinam 5 Praedam rapinam N
12 sanat inlata Beda, sanat insana N sanat non sana Fabricius 15 dicimus
Beda 19 et priore loco om. N 5

p. 2191. 2192 P.

obsessor est; qui inpugnat, per omnia inimicus est. itaque pugnat exercitus, oppugnantur vel castra vel urbes, inpugnantur inimici.

Album et candidum. album natura fit, candidum cura.

Decus et decorem. decus honoris, decor formae.

Pompei porticus et Pompeia et Pompeiana. Pompei, si possidet; 5 Pompeia, si publicavit; Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

Satietas et saturitas. satiety ventris, saturitas animi. |

Obiurgat eum cuius habet potestatem; monet propter benivolentiam; admonet, ut confirmet memoriam; summonet, ut possit ordinate pronuntiare. igitur in obiurgante potestas, in monente benivolentia, in ad- 10 monente memoria, in summonente officium.

Anticum et vetus. anticum est quod excessit patrum memoriam, vetus annorum multorum sentit utilitatem. vinum hoc melius est, quod fit vetustum.

Sartrix et sarcinatrix. sartrix quae sarcit, sarcinatrix quae sarcinas 15 servat.

Videre et spectare et intueri et aspicere et cernere et animadvertere. videmus natura, spectamus voluntate, intuemur cura, aspicimus ex inproviso, animadvertimus et cernimus animo.

Ostentum et portentum et monstrum et prodigium. ostentum quod 20 praeter consuetudinem offertur, ut puta si videatur terra ardere vel caelum vel mare: portentum quod porro et diutius manet futurumque postmodum aliquid significat: monstrum est contra naturam, ut est Minotaurus: prodigium quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. itaque qui prodigia faciunt prodigi vocantur, in ostento raritas admirationem 25 facit, in monstro rectus ordo naturae vincitur, in portento differtur eventus, in prodigio detrimenta significantur.

Turbam et frequentiam. angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Putat et suspicatur. qui putat, omni genere errat; qui suspicatur, 30 aliquid perdidit.

12 Inter antiquum et vetus. antiquum est quod patrum excessit memoria (l. memoriam), quasi ante actum; vetus quod iam veteratum est, ut vinum vel oleum *cod. Mont.* 15 Sartrix *Beda* 288,29

6 ^b publicavit N 7 Satiatum et saturatum. Satiatus ventris, saturitas animi § 9 memoriam § memoria N 13 quo fit vetustum § quo fit vetustius *editio Basileensis* 17 et ante aspicere om. § 19 animadvertimus animo, cernimus oculis *Fabricius* 23 ut est *editio Ascensiana*, id est N § 25 administrationem *corr.* admirationem N 26 vincitur] uertitur *Fabricius* 27 detrimentum significatur § 30 putant et suspicantur qui putant omni genere errat qui suspicatur aliquid perdidit N Putant et suspicantur. qui putant omni genere errant. qui suspicantur aliquid praevident §

p. 2192. 2193 P.

Frater et germanus. frater aut ex alia matre aut ex alio patre potest esse, germanus ex isdem parentibus sit necesse est.

Sermo et loquella. sermo omnium gentium est, loquella cuiusque gentis propria dialectos.

Comes et adsecula et sodalis et cliens. comes iter facit, adsecula sequitur potentior, sodalis adolescentiae nomen est, cliens * ita comes tutus, adsecula officiosus, sodalis amicus, cliens summissus.

Causa et ratio. causa docet facta, ratio solvit obscura.

Nomen et vocabulum. nomen proprium indicat, vocabulum diffundit significationem.

Horret et trepidat. horret corpus, trepidat motus animi.

Quaerere et inquirere et desiderare. quaerimus disciplinam, inquirimus de quo dubitamus, desideramus vel quod diligimus vel quod amissimus.

Temerarius et audax. temerarius sine respectu salutis obicit se periculis, audax sine ratione impetum facit. ergo audax non providet, temerarius non timet.

Longum et longincum. longum praeverbium est, itaque verbum illi opponitur: longincum itineris est.

Felix et fortunatus. felix ita natus est, fortunatus cum opibus nomen accipit: ita felix naturae bono fruitur, fortunatus commodo temporis.

Aestas et aestus. aestas est pars anni, aestus calor [temporis]. aestus a nimio calore nomen accipit; aestas nomen non amittet, etiamsi temperata est.

Citius et celerius. citius praeverbium *qualitatis praelativae simile cognominis † pro matura est etiam significantiam habens, velut iam fessi ante tempus re facta ut loquatur non ostendit qualitatis, sed temporis. at celeritas sui temporis est perfecta.

Simul et una. simul locum demonstrat, una congregationem.

Comminus et minus. *comminus gladiis pugnamus, minus iaculis*, quia illud a manibus non recedit, hoc e manibus emittitur.

5 Inter ad saecula (l. adseculam) et comitem et clientem. adsaecula est humilis perseverans adsequendo (l. a sequendo) nomen trahens, comes vel itineris vel amicus potentioris, cliens utrumque (l. utrumque) *cod. Mont.* 29 Comminus *Beda 267,10*

2 ex hisdem N 5 adsecula N assecla § *tribus locis* 6 sodales adolescentiae nomen ē cliens ita comes N sodalis adolescentiae nomen est. cliens implorat opem et fidem. ita comes § 8 docet factum § 14 temerarius qui sine § 17 longincum N longinquum § 18 opponitur longincum itineris N apponitur longinquum itineris § 21 aestus a nimio calore nomen accepit § aestus animi a calore nomen accipit N 24 praelativae § latine *duabus litteris, ut videbatur, deletis* N 25 pro maturum est § *corruptam et mancā codicis scripturam exhibui* velut ut § 26 re facta] refata *editio Ascensiana* 29 Comminus et minus iaculis *ut videtur* N Cominus : iaculis § *supplementa praebuit Beda*

Parsi et peperc. parsi semel, peperc saepius.

Dicere et loqui et narrare. dicimus quod volumus, loquimur invicem, narramus quod ignoratur.

Vultus et os. vultus proprie hominis, os omnium. |

Memoriose et memoriter. memoriosus habet ad vetustatem referendam ⁵ memoriam, memor beneficii memoriam vel iniuriae refert. ita memoriose qui facit, ostendit in omni re naturae bonum; memoriter gratum vel fortem ex eo ostendit, quod aut retribuit beneficium grate aut iniuriam vindicat fortiter.

Ordinare et disponere. ordinatio simplex est, dispositio vaga. ¹⁰

Consideratius et considerantius. consideratius praeverbium ex cognomine, considerantius ex participio.

Dedicatum et consecratum. dedicatur deo, consecratur quasi sanctum constituitur, hoc est dedicatur deo, consecratur quod profanum sit.

Quatenus et quatinus. quatenus qua fine, quatinus quoniam. ¹⁵

Voluntatem et voluptatem. voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupit.

Novissimum et ultimum. novissimum ordinis, ultimum orbis.

Furtim et furaciter et furtive. furtim cum incipit, furaciter quasi artificiose a consuetudine involandi, furtive † iam quod ablatum. ergo furtim furaciter furax furtive locus facit. ²⁰

Imum et infimum. imum summo respondet, infimum velut infra humum.

Commodare et accommodare. commodat mutuam pecuniam, accommodat aptat.

Splendorem et fulgorem. fulget natura, ut ignis sol, splendet arte, ²⁵ ut aurum argentum.

Mereri et merere. meret pretium, meretur gratiam. itaque illud vectigale, hoc honorarium est.

Pedale et pedule. pedale mensura est pedis, pedule vero sub pedibus praestat utilitatem. ³⁰

Araneum et araneam. araneum quod textum est, aranea quae textit.

Opinionem et rumore et famam. opinio hominem suspectum facit,

1 Inter parsi et peperc. parsi semel, peperc tam semel quam saepius *cod. Mont.*

1 Parsi et pepersi parsi semel pepersi saepius *N*: peperc *utroque loco* § 5 ad vetustatem referendam] ad dicta factaque referenda § 8 quod vel retribuit §. in codice utrum ā an ū scriptum esset non certo apparebat 10 vaga] varia coniecit *Buttmannus* 14 fortasse dedicatur deo debitum prophanum § profano *N* 15 fine] finis *N* fini § 19 quod iam ablatum *Fabricius* 21 velut] ut § 25 splendet artificio *Fabricius* arte *om. N* § 28 honorarium *Fabricius*, honoratum *N* 29 pedule vero sub § pedule a sub *N*

p. 2194. 2195 P.

fama vel commendat vel destruit, rumor indicat. opinio ostendit, fama indicat, rumor tumultuatur. |

Querimoniam et querelam. querimonia certae rei est, querela supervacua est. itaque prior gravitatis, posterior levitatis est.

5 *Transfugam et perfugam.* transfuga suos reliquit et ad alios venit, perfuga supplex est. ergo transfuga * ut adiuvetur.

Hunc et istum et illum et eum. hunc et istum in proximo notat; illum ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu; eum absentem refert.

10 *Glorium et gloriosum et gloriatorem.* glorius unius est gloriae; gloriator non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur; gloriosus pluribus ex causis esse cogitur.

Abrogantem et adrogantem. adrogat aliquid sibi, etiamsi non meruit; abrogat qui alii aufert vel qui legem tollit.

15 *Continue et continue.* continue facimus, continue sine intermissione.

Externum et alienum et extraneum et extrarium. externus est exterarum gentis; alienus nullo loco, sed re differt; extraneus qui extra eandem ianuam est; extrarius qui extra eandem aream est.

20 *Lucidum et luminosum.* lucidum est quod aperto caelo lumen accipit, luminosum quod multis foraminibus inluminatur.

Expertum et experrectum. expertus est aliquid aut in bona parte aut in mala, experrectus de somno.

Delubrum et sacellum et templum et lucum et fanum et bidental.
25 delubrum, in quo homines pericula sua deluunt; ponunt enim vel pilum vel scutum vel alia plura suscepta votis: sacellum parvulum aedificium diis consecratum: templum in loco augurato: lucus locus fulmine ictus et arborum spissitate tectus: fanum Fauno consecratum, unde Fauni appellabantur prius et illi qui vagabantur fanatici: bidental locus fulmine tactus
30 et expiatus ove; bidentes enim oves appellantur.

Occidere et interficere et perimere | et iugulare et necare. interficere et perimere prisca sunt, occidere ob caedem dictum est, iugulare ob iugulum, necare a nece, interficere a facto.

13 Abrogat qui aliena aufert vel qui legem tollit, adrogat qui sibi aliquid plus iusti (l. iusto) adsumit nec aliorum exspectat iudicio (l. iudicium), sed suo nititur *cod. Mont.*

1 fama indicat $\leq$ fama indicat ut videbatur N 3 Querimoniam et querelam om. N, add. $\leq$ 6 lacunam, qua definitio nominis transfuga excidit, indicavi. ergo transfuga venit ut adiuvet, perfuga ut adiuvetur comiecit Buttmanus 7 notant $\leq$ 12 ex] de $\leq$ 18 non loco sed re differt Fabricius differunt N $\leq$

Virtutem et fortitudinem et vigorem et velocitatem et vehementiam. virtus hominum summum bonum est, quae in oratione et in cursu potest videri: fortitudo vis corporis ad sustinendos labores: vigor animi habet elationem: velocitas corporalis celeritas, quasi velo cita: vehementia a vi et impetu mentis.

5

Facultatem et facilitatem. facultas locupletis, facilitas artificis est. itaque dives facultatem habet multa vel emendi vel redimendi, artifex opera perficiendi facilitatem.

Silere et tacere. silet cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione litterae s, tacet qui ne loqui quidem coepit.

10

Ignoscere et concedere. ignoscit qui dissimulat se nosse quod comperit et ita silentio peccata † fecerit, concedit qui omnia peccata condonat.

Habere et possidere. habere potest etiam † fur nequam; possidet nemo, nisi qui aut relictæ aut donatæ rei aut emptæ dominus est. ita in habente onus, in possidente usus est.

15

Munus et donum. munus quod amicus vel cliens vel libertus officii causa mittunt, vel munus gladiatorium; donum quod diis datur: inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur. possunt et illa nihilo minus dona dici, quae donant pauperibus divites vel potentes. illud quoque donum putandum est, quod militibus donatur in castris, ut vallaris corona.

20

Noxam et noxiam. noxa poena est, noxia culpa.

Scientem et scitum. sciens qui scit, scitus qui scitur vel festivus.

Animantia et animalia. animantia animam faciunt, animalia animam habent.

Abspulsum et repulsum. abspulsus est ab aliquo pulsus, repulsus 25 retro pulsus.

Visum et visitatum. visum semel, visitatum saepius scito esse. |

Metum et timorem et formidinem et pavorem. metus motus est animi, timor tumor, formido fert interdum rationem, pavor puerilis est.

Reperire et invenire. reperimus nostra, invenimus aliena.

30

Videte et videtote. videte imperat, videtote mandat.

Proprium et privatum. proprium cuiusque proprium, privatum non publicum.

2 hominum] hominis s quae et in oratione *Fabricius* 3 vigor animi
habet elationem s uigors ui et elatione ut videbatur N. fortasse vigor a vi et
elatione 4 quasi uelocita s quasi uelocitas N uehimentia N 10 ne loqui
Fabricius, nec loqui N s 12 peccata impunita fecerit s 13 fur nequam s
foma quam N fur et nequam *Fabricius* 14 aut testamento relictæ *Putschius*
15 usus] ius *Fabricius* 20 uallaris s uallari N 23 animantia animus
facit s 25 Abspulsum — retro pulsus post 27 scito esse collocata sunt in s
ab aliquo *Fabricius*, a quo N s 27 scito s scio N 29 timor quasi tumor
Fabricius 30 Reperire N repperimus N

p. 2197. 2198 P.

Onus et sarcinam. onus vehiculorum et maius est, sarcina hominum.

Sumere et accipere. sumimus quae posita sunt, accipimus quae porriguntur.

Locupletem et divitem et opulentum et potentem et beatum et fortunatum et pecuniosum. locuples a copia locorum; dives, quia dividendi facultatem habet; opulentus ab opibus; potens, quia quod vult potest; fortunatus cui forte aliquid contigit; beatus animo, qui apud Graecos *μακάριος* est; pecuniosus qui habet pecuniam vel pecora.

Grandem et magnum et inmanem. grande in incremento, magnum in amplitudine, inmane praecipuae amplitudinis.

Poeticen et poesin et poema et poeticum. poetice est rei, ut historice, poesis operum contextus, poema certis pedibus et legitimis inclusa materia, poeticum in poeta utile est.

Homonymiam et synonymiam. homonymia una voce multa significat, synonymia multis vocibus idem testatur.

Clupeum et clypeum. clypeum armorum, clupeum imaginis.

Parvum et breve et exiguum et pusillum. parvum in tempore, breve in spatio, exiguum in corpore infantis, pusillum in corpore pumilionis.

Involare et subripere. involat qui in die venit, subripit clam, id est furtive.

Speciem et specialitatem et specietatem. species divisio est generis, specialitas ficta est ab Antonino grammatico, specietas qualitas.

Praeverbium et adverbium. praeverbium est euphonon: adverbium et vitiosum et fictum est, tamen in usum est receptum.

Compendium et dispendium et damnum et detrimentum et iacturam. compendium undique ad pondus pertinet, dispendium deteritur in ponderibus, damnum dat omnibus, detrimentum usu tritum; iactura quae iacitur, ut levetur onere navis.

Aegrum et aegrotum. aeger animo, aegrotus corpore.

1 Onus Beda 282,22 16 Clupeum Beda 267,12 29 Aegrum Beda 262,18

1 Onus et sarcinam $\leq$ Onus et sarcina N 4 fortunatum N 5 quia dividendi facultatem $\leq$ qui a di facultatem N 6 qui quod vult $\leq$ 7 fortunatus N contingit $\leq$ animo] uero $\leq$ 9 grande incremento N $\leq$ 10 immane $\leq$ inmanem N 12 et legitimis numeris inclusa Fabricius 16 clupeum armorum clypeum imaginis $\leq$ 18 pumilionis $\leq$ humillionis N 19 qui induit^{ie} N 21 generis $\leq$ gener^{is} (hoc est generum) N 22 Antonio $\leq$ Antonio

[Gniphone] Fabricius qualitatis $\leq$ 23 praeverbium est] adverbium est N euphonon Fabricius, eufimion $\leq$ euphemion ed. Asc., euphemon Putschius (N?)

24 vitiosa N 24 in usu n̄ est N in usu nunc est $\leq$ 26 deteritur Heindorfius, detexitur N $\leq$: cf. Varr. de l. l. V 183 dispendium ideo, quod in dispendendo solet minus fieri 27 iactura quod iacitur ex onere navis $\leq$

Altitudinem et alimentum et alimoniam. altitudo incrementum est corporis, alimentum incrementum infantis, alimonia nomen derivativum ab alendi via quasi particula animi.

Aequale et aequabile. aequalis alterius staturae par est, aequabile quod aequari potest. 5

Inscium et nescium. inscius aliquid nescit, nescius nihil novit: alter in parte errat, alter in toto.

Glaciem et nivem. glacies est quae ex coitu aquae constagnat, nix ventorum ritu cadit.

Contrarium et adversarium. contrarium negotium, adversarius homo. 10

Gallum et Gallicum. Gallus natione, Gallicus ex Gallia.

Acuere et exacueri praepositione distinguuntur.

Incertum et dubium. incertum nec tempus nec numerum recipit, dubium a duobus incipit.

Ambulare et inambulare. ambulare incipiunt infantes, inambulant 15 homines.

Modulari et moderari. modulari est carmen * moderari modum imponere.

Barbaram locutionem et barbarismum. barbara locutio proprie peregrina est, barbarismos fit etiam in latini sermonis locutione. 20

Cadere et decidere. cadit etiam in plano, decidit ex alto.

Subsidium et praesidium et auxilium. subsidium quod subest deficientibus, praesidium imponitur, auxilium repentinum est. ita subsidium ad secundos casus praeparatur, praesidium ad custodiam collocatur, auxilium ut prosit ex insperato venit. 25

Distrahere et diducere et divellere. distrahere a trahendo, diducere a ducendo, divellere a vellendo.

4 Aequale *Beda* 262,26 10 Inter adversarium et contrarium. adversarius animo est, contrarius loco (*l. locum*) significat *cod. Mont.* 11 Inter Gallum et gallicum et gallicanum. Gallum dicimus hominem in Gallia natum, gallicum quod ex Gallia natum (*corr. latum*) est, gallicanum morem dicimus vel negotium *cod. Mont.* 21 Cadere *Beda* 267,13

1 Alitudinem et deinde alitudo $\leq$ 2 alimonia derivativum ab alendo quasi particula animi $\leq$. fortasse ab alendi vi vel quasi particula animi 4 est *om.* $\leq$ 10 Contrarium — homo $\leq$ Contrarium et adversarium homo negoti . . . *N. reliqua in detrita codicis scriptura non apparuerunt* 11 Gallum — Gallia $\leq$ Gallum et gallicum | gallicum gallus natione gallicus galli . . . *N. Gallum et gallicum bis scripta esse videntur in codice* 12 distinguuntur *N* 17 modulari est carminis modos facere *Fabricius* . fortasse modulari est carminis moderari est modum imponere $\leq$ 20 barbarismos fit *N* 26 deducere *priori loco N, utroque* $\leq$

p. 2199. 2200 P.

Corruptelam et corruptionem. corruptela ipsa *res* est, corruptio corrumpentis administratio.

Caerulum et caeruleum. caeruleus naturae color est, caeruleus [natura] fingitur: ita alterum est, alterum fit.

5 Properare et festinare. qui properat apparet non esse fessus, qui festinat videtur esse defatigatus.

Polire et novare. polimus rudia, novamus vetera.

Nobilem et generosum. nobilis a nobilitate rerum, generosus qui graece *εὐγενής* appellatur: ita alter ex re, alter ex cognatione est.

10 Nationem et gentem. natio solum patrium quaerit, gens seriem maiorum explicat.

Praeparare et comparare. praeparare prius, comparare undique parare.

Guttam et stillam. gutta manet, stilla cadit.

Convenire et coire. convenit in unum, coit in acta.

15 Causam et patrocinium et orationem. causa est de qua agitur, patrocinium quod adcommodatur, oratio quae loquitur.

Superbiam et adrogantiam. superbia est a superhabendo, adrogantia etiam in pauperem cadit.

Scrutari et quaerere. scrutatur in te ille qui a te intercipit aliqua
20 secreta: quaerere duo significat, vel quod abest, vel quod ad patrimonium refertur.

Adnuere et innuere. innuit vel capite vel supercilio, adnuit ad *id* quod dictum vel factum est.

Gnatum et natum. gnatus filius, natus vel pullus.

25 Insimulare et simulare. qui insimulat vel arguit vel fingit, qui simulat probare vult quod non est. |

Proelium et bellum. bellum etiam sine proelio est, cum indicitur; proelium [in] ipsa pugna.

3 Caerulum *Beda* 267,14 22 Inter adnuere et innuere et abnuere. adnuit ad quod dictum est, id est promisit, innuit autem supercilio, abnuit negavit *cod. Mont.*

1 Corruptelam et corruptionem. corruptela ipsa *res* est ϵ , Corruptionem et corruptionem corruptela ipsa $\bar{e}$ | corruptionem corruptela ipsa $\bar{e}$ N 3 caeruleus fingitur *Beda*, caeruleus naturam fingit ϵ 5 paret non esse fessus N ϵ apparet non esse fessum *editio Basileensis* 8 nobilis a] nobilem ϵ 9 *ΕΥΓΕΝΕC* N 11 explicat *om.* ϵ 14 coit in acta N coit in ϵ coit in multos *Fabricius* 16 fortasse quae loquimur 19 ille qui intercipit ϵ illi qui at tintercipi N, in quo cip non certo apparuit 20 abest ϵ habest N 21 refertur] pertinet ϵ 22 annuit ad id quod dictum vel factum est *Fabricius*, adnuit ad | quod dictum uel porc . . . N annuit ad quod dictum uel ϵ 24 natus pullus ϵ . fortasse natus etiam pullus 28 proelium ipsa pugna ϵ

Diligentiam et curam. diligentia a diligendo singula, huic negligentia opponitur, nec recipit errorem: cura animi est, quae anxium facit hominem et tam honestae quam inhonestae rei est.

Regium et regale. regium quod regis, regale quod rege dignum est.

Erraticum et erraticum. erraticus et potest errare et solet, erraticus⁵ animus est qui solet errare et desinit: erratio enim animi est repentina commotio.

Errorum et errationem. error est rei vitium, ut amor dolor; erratio incertae viae.

Erratrix et erratica. erratrix personam respicit, ut venatrix; erratica¹⁰ hedera et vitis.

Notare et adnotare. notat vel locum quis vel personam vel noxiam, adnotat qui notae quid adicit.

Salubre et salutare. salubre ad locum refertur et ad cibum, salutare consilium est. ita salubre non nocet, salutare prodest.¹⁵

Committere et credere. committimus consilia, credimus pecuniam.

Sub et in. sub non numquam pro clam ponitur, ut subripuit, *id est* clam rapuit, aut fere notat aliqua subdita; in aut intus significat aut nimis aut valde et interdum pro non ponitur.

Claritatem et claritudinem. claritas tam luminis quam perspicuitatis,²⁰ claritudo generis. prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est.

Viciniam et vicinitatem. Vicinia vicorum coniunctio, vicinitas hominum conversatio est.

1 Inter curam et diligentiam . cura cor aurit (*l. haurit*), id est minuit, et cruciatum habet, qui corruat (*l. cor urat*): diligentia est rerum administratio et est contrarium negligentiae *cod. Mont.* 4 Regium *Beda* 287,27 5 Inter erraticum et erraticum . erraticus est qui animo errat . nihil enim aliud est erratio quam repentina animi commotio . erraticus (*l. erraticus*) est qui loco terrae suae errat *cod. Mont.* 8 Errorem — 11 vitis *Beda* 271,25 14 Salubre *Beda* 288,31 20 Claritatem *Beda* 267,16

2 quae anxium facit hominem et tam honestae quam inhonestae rei est s quae tam anxium facit hominem quā hominem sta rei ē N 4 quod regis fuit *Beda* 7 commotio s commotio N 10 erratrix personam respicit ut venatrix *Beda*, erratrix pers. ē uenatrix N erratrix per se rapta est ut uenatrix s . in *detrita* codicis scriptura paulo plura, quam quae in editione leguntur, deesse videbantur 11 hedera uitis s 15 prodest consilio s . consilio, quod in fine sequentis versus scriptum erat in codice, errore editoris huc transpositum est 16 consilia s consilio N 17 subripuit clam rap ee notat aliqua subd intus significat N, ubi intus in *detrita* scriptura non certo apparebat, subripuit, clam rapuit, aut fere notat aliquid subditum . in aut intus significat s . cf. *Bed. de orthogr. p. 288,24* sub — ponitur non numquam et pro clam, ut subripuit, id est clam rapuit 19 nimis] minus editio *Basileensis* 21 nobilitatis] generis *corr. nobilitatis* N

p. 2200. 2201 P.

Communione et communitatem. communitas est communicandi voluntas, communio undique munitio.

Fultionem et fulturam. fultio, dum fit; fultura, cum facta est.

Maritimum et marinum. maritima loca sunt vel prope mare introitus est, marina vel navis vel belua.

Ieiunium et ieiunitatem. ieiunium dies est, ieiunitas cibi abstinencia.

Elinguem et elinguatum. elinguis habet linguam, sed usu eius caret; elinguatus amisit. |

Suspiciacem et suspiciosum. suspicax arguit, suspiciosus recipit.

Restiarium et restionem. restiarius qui facit, restio qui vendit.

Austerum et severum. austerus graeca consuetudine, severus a saevo.

Eloquentiam et eloquium. eloquentia perfecta vis orationis, eloquium ars supposita commode eloquendi.

Servitutem et servitium. servitus est sub domino, servi patientia servitium facit.

Vituperationem et culpationem. vituperatio vitium parat, culpatio a culpa incipit.

Nominare et appellare. nominatio nominat quem appellat; appellatio appellantis vox est in ministerio, et appellat vel a potentiore propter iniuriam, vel invocat auxilium magistratus, vel cum pecuniam reposcit.

Tris et tres. tris in accusativo casu, tres in nominativo et vocativo.

Necessitatem et necessitudinem. necessitudo vel sanguinis vel meritorum cum praeceptoribus vel cum amicis; necessitas inmutabilis res est, ut mori necessitatis est.

Serum et sero. serum ad negotium pertinet, sero ad tempus.

Decus et gloriam. decus est instrumentum cuiusque, gloria quasi honoris merces.

Honorem et laudem. honor dignitatis consummatio vel privatim vel publice, laus secunda existimatio recte factorum.

Familiarem et familiaricum. familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint; familiaricum quod servo competit, ut sagum gladium.

4 Maritimum *Beda* 278,34. Inter maritimum et marinum. maritimum proximum mari ostendit, marinum ex ipso mari *cod. Mont.*

4 Maritimam et marinam *N*: Maritimum — belua *om.* s, maritima sunt loca mari vicina, marina navis vel belua *Beda* 11 a saevo s a seuero *N*: cf. *Cassiod. de orthogr. p. 181,2* 13 ars] pars *N* s 16 parat] parit *editio Ascensiana*. cf. *Donat. in Ter. Andr. prol. 15* vituperant, vitium rei parant 19 appellat ad potentiolem *Fabricsius* 20 vel invocat] ut innocat s 23 vel ante cum *om.* *N* s 30 Familiare et familiarium s 31 familiaricum] familiarium s

p. 2201. 2202 P.

Offectorem et infectorem. infector colorem mutat, offector officio obest.

Certum et verum. certum recipit praepositionem et fit incertum, et certum vel pondus vel rei pretium; verum opponitur falso.

Figuram et formam. figura artis est opus; forma naturae bonum, unde etiam formosus dicitur.

Ignominiam et infamiam. ignominia imponitur ab eo qui potest animadversione innotare; infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullum et neminem. nullus est tam in re quam in persona; nemo in persona dicitur, id est ne homo.

Iratum et iracundum. iratus ex offensa est, iracundus natura.

Periculum et perniciem. periculum timetur, perniciem contra necem.

Feroces et feros. feroces animo, feri leones ceterique similes.

Omnes et cunctos et universos. omnes nullum excipit, ut omnes homines, ita res: cuncti utique in personarum numero nominantur prisco dicti verbo: universi in unam sententiam conversi dicendi quid sive faciendi.

Auferre et eripere et adimere. aufert quod dedit, adimit imperio coactus, eripit vi. itaque auferre possumus, adimere iubemur, eripere valemus.

Studium et disciplinam. studium animi est, disciplina artis.

Inchoare et incipere. inchoat qui incertum facit, incipit cuius exitum sperat.

Bonum et commodum. bonus opponitur malo quam aliis usu, commodus aliis necessario utique prodest.

Decentem et formosum. decens in gestu est et motu corporis, formosus ab excellenti specie dicitur.

Decorem et speciem. decor communis est omnium, is facit decentiam speciei; species propria fit cuiusque. itaque decor in habitu est, species in membris.

Litem et controversiam. lis nascitur, pertinacia efficit controversiam;

9 Nullum *Beda* 281,7 11 Iratum *Beda* 276,3 17 Inter auferre et adimere et eripere. auferimus iure qui quid (*l. cui quid*) dedimus, adimimus iussione, eripimus violenter *cod. Mont.*

3 et ante certum om. 5 8 innotare] notare 5 10 id est nemo homo N 5 ut ne homo *Beda* 12 Periculum et perniciem periculum contra necem timetur perniciem N 5 Periculum et perniciem. Periculum contra quamvis rem timetur, perniciem contra necem *Fabricius* 13 Feroces — similes post 16 faciendi posita sunt in 5 15 ita et res 5 utique] itaque 5 17 qui dedit 5 18 eripit vi] eripuit N eripit qui plus valet 5 23 quam] qui *Fabricius* 28 proprie corr. propria N fit] sit vel fit N est 5 in membris] im-membris N

p. 2202—2204 P.

et litigant homines, res in controversiam deducitur. ita controversia partis, lis summae.

Rixam et pugnam. rixa sine armis est et habet defensionem, pugna legem habet vel naturalem vel moralem. aut enim palaestras exhibet virtutem aut armis per summa vitae pericula dimicat.

Occulte et clam. occulte latent, clam celant. |

Navum et celerem. navus a praecipuo navis cursu dicitur, vel alterius causa navus, qui studet per officium suum alteri prodesse: celer est [celere] naturali habitu et recipit comparationem superlationemque, quia cognomen est. ita navus operam navat alteri, celer ut suam rem ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem et strenuum et fortem. agilem actio facit, strenuum motus, fortem corpus.

Contumeliam et iniuriam. contumeliam inferunt, iniuriam patiuntur.

Spectacula et spectamenta. spectacula loca sunt unde spectamus, spectamenta quae spectantur.

Pascentia et pabulantia. pascentia sunt quae ex se pascunt, ut prata, et pascentia mancipia quae pascunt; ideo etiam pastores vocantur: pabulantia vero quae pascuntur, ut iumenta.

Volventia et volubilia. volventia quae volvunt, volubilia quae volvuntur.

Animum et animam. animus qualitas viventis, anima causa vitae.

Materiam et materiem. materies animi est, | materia arboris; et materies qualitas ingenii, materia fabris apta.

Hebescit et hebetescit. hebescit qui natura obstupescit, hebetescit qui amittit aciem.

Da et cedo. cedo sibi poscit et est immobile, dat qui † non finite facit datum.

12 Inter agilem et strenuum et fortem et validum . agilem actio facit, strenuum metus, fortem animus, validum corpus *cod. Mont.* 22 Materiam *Beda 279,2* 24 Hebescit *Beda 274,19*

1 ut litigent *Putschius* partis est *editio Ascensiana* 5 uirtute a armis
N uirtutem uel armis s 6 clam caelant Alteri non prodere alteri caelare
naturali habitu inest s *verbis quae in codice post* 8 officium suum *scripta sunt*
huc transpositis 8 navus] natus s alteri — habitu om. s celerem
celere naturali N 14 Contumeliam et iniuriam. Contumeliam inferunt Iniuriam
inferunt ntur
patiuntur s Contumeliam et iniuriam patiuntur N 16 spectantur] spectamus N
17 ex se pascunt *Buttmannus*, ex se pascuntur N s 18 quia pascuntur N s,
quia pascunt *Buttmannus* 19 quae pascuntur] quae ita utuntur N quae iis
utuntur s 24 qui utroque loco *Beda*, quod utroque loco N s obstupescit s
obstupescit N 26 Da et cedo Cedo sibi s Da et cedo sibi N finire
Fabricius

Fidelem et fidum. fidelis fit, ut domino servus, fidus natura; ita alter tempore cognoscitur, alter semper invenitur.

Laudem et laudationem. laus facti instrumentum est, laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere et aliquando et nonnumquam. fere futurum significat, aliquando et nonnumquam quod intermittere non patitur.

Aptum et utile et idoneum. aptum loco venit et tempore, quod habet summetriam; utile fertur † uti prudentis litterae; idoneum vel amicum per consilia dicimus vel servum in usu domini sui.

Saxum et lapidem. saxum naturale est, lapis qui ex saxo caesus est. 10

Certationem et certamen. certatio est administrantium, certamen operis.

Victimam et hostiam. victima maior est, hostia minor.

1 Fidelem Beda 273,14. Inter fidum et fidelem. fidelis amicus est, fidus servus *cod. Mont.* 3 Inter laudem et laudationem. laus est in qua virtus enitet, laudatio inquisitio. alii dicunt laudem esse eius qui laudatur, laudationem eius qui laudat *cod. Mont.* 7 Inter aptum et utilem et idoneum. aptus est loco vel tempore; utile ad id refertur, ut in prudenti latere (*l. utile ad aliquid refertur, ut imprudenti litterae*) utiles sunt; idoneum dicimus [vel opibus] aut amicum per consilia aut servum in usu domini sui *cod. Mont.* 10 Inter saxum et lapidem. saxum natura est, lapis qui de saxo cecidit vel ascisus est *cod. Mont.*

11 Inter certamen et contentionem. certamen virtutis aemulatio est, contentio alteratum (*l. altercantium*) est *cod. Mont.*

1 ut domino — invenitur *om. N et lacuna indicata* §. *supplementa prae-*
buit Beda. fidelis fit, fidus nascitur *Fabricius* 3 uero § n (*h. e. non*) *N*
8 habet suam materiam. Utile fecit § idoneum ut amicum § 9 dicimus
ut servum § domini sui] hominis *N* § 10 est *priore loco om.* § 13 hostia
minor | Explicita sunt Cornelii Frontonis Fragmenta de Differentiis nominum et
verborum §